Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

licenti et sapientiam. Et aperuerunt omnis plicant cerere ad librum. Stetit autem esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum: et steterunt iuxta eum. Et aperuit esdras librum coram omni plo. Et benedixit esdras domino deo magno. Et respondit omnis plus amen. Et elevans omnis plus manus suas. Et incurvati sunt et adorauerunt dominum faciem. Porro leuite silencium faciebant in plo ad audiendam legem. plus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendum. Dixit autem nehemias sacerdos. Scribe et leuite. dies sanctificatus est domino deo nostro. nolite lugere et nolite flere. Flebat enim omnis plus cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia et bibite mulsum: et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi quia sanctus dies domini est et nolite contristari. Gaudium enim domini est fortitudo nostra.

Omnis sicut deus noster. Gr. qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra. V. Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem. Secundum marcum. Illo tempore respondens unus de turba dixit ad ihesum. Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum. Qui ubicumque eum apprehenderit allidit eum et spumat et stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent illum: et non potuerunt. Qui respondens dicit eis. O generacio incredula quousque apud vos ero. quousque patiar vos. Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum statim spiritus conturbauit eum: et elisus in terram volutabatur spumans. et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait. ab infancia. Et frequenter eum et in ignem et in aquas misit ut eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos: misertus nostri. Ihesus autem ait illi. Si potes credere. omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans puer cum lacrimis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret ihesus concurrentem turbam: comminatus est spiritui immundo dicens illi. Surde et mute spiritus. ego tibi precipio exi ab eo. et amplius ne introeas in eum. Et clamans et multum discerpens eum exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus. ita ut multi dicerent quia mortuus est. Ihesus autem tenens manum eius eleuauit illum